

## NACHTRÄGE.\*

No. 389b. (1220.)

*B. Bruno II. von Meissen urkundet, dass Markgraf Dietrich die Pfarre Lampertswalde sammt der Tochterkirche Blochwitz dem Kreuzkloster bei Meissen überwiesen hat.*

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Bruno II<sup>us</sup> dei gratia Misnensis ecclesiae episcopus. Quoniam ea quae de fidelium largitate personis ecclesiasticis vel ecclesiis assignantur nostro nos iure tueri convenit et firmare, notum facimus tam praesentibus quam futuris Christi fidelibus universis, quod illustris princeps Theodericus Misnensis et Orientalis marchio ecclesiam Lamprechtiswalde una cum filia eiusdem ecclesia Blochgewiz<sup>a</sup>), quas Hildebrandus presbyter ab eo in beneficio possidebat, propter preces et consilium sacerdotis eiusdem ob sanctorum reverentiam ad usus sanctimonialium monasterii sanctae Crucis secus Albiam prope Misne cum omni utilitate et fructu qui inest vel inesse poterit in futurum liberaliter conferens assignavit. Consecravimus autem parochiam memoratam X<sup>o</sup>. Kal. Augusti anno gratiae M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XIX<sup>o</sup>. pontificatus nostri X<sup>o</sup>. Cuius dos talis est: In ipsa villa de quolibet manso modius avenae et modius siliginis mensurae quae in oppido Ozzecc currit, in villa Schonenburne<sup>b</sup>) simili modo solvit mansus, de villa Lince<sup>c</sup>) tantumdem et X sol. pro exemptione ecclesiae eiusdem loci, in villa Rasewiz<sup>d</sup>) tantum, in villa Molenbach<sup>e</sup>) pari modo, de villa Oztrosen, in villa Queresen<sup>f</sup>), de villa Burquiz<sup>g</sup>) de quolibet manso solvetur pensio supradieta. Huius rei testes sunt Cristianus venerabilis Pruciensis episcopus, Gozwinus sanctae Aefrae in Misna praepositus, Wipertus in Zrudowe archidiaconus Misnensis canonicus, Nycolaus archidiaconus Budesinensis et Misnensis canonicus, Johannes scolasticus Budesinensis, Vlricus capellarius, Wichardus eiusdem loci plebanus, Rupertus de Waldowe, Lampertus de Olsnitze, Heinricus de Lince, Franco de Schonevelt plebani, Bernardus de Kamenz, Ludoldus de Tetowe, Tammo de Schonevelt, Theodericus officiatu de Ozzecc et Heinricus frater eius, Fridericus de Querez et cives eius laici. Nos vero tam praedicto monasterio in possessione eiusdem parochiae quam etiam ipsi ecclesiae in praescripta dote dei omnipotentis auctoritate et nostra pacem firmantes in virtute domini firmiter

\* Sämmtliche hier folgende Nachträge sind einem in der ersten Hälfte des 13. Jahrhunderts angelegten Copialbuche des Kreuzklosters entnommen, welches im J. 1870 im Archiv des Domstifts S. Petri zu Bautzen aufgefunden und im folgenden Jahre an das K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden abgegeben wurde.